

Ein Schreiben Meinzos von Constanz

an

Hermann den Lahmen.

Von E. Dümmler.

Mit einer Schrifttafel.

Eratosthenes¹⁾ philosophus geometraque sagacissimus totius terrae circuitum per immutationem gnomonis umbrarum in terra secundum partes zodiaci ingeniose deprehensum CCLII stadia id est XXXID miliaria continere diffinivit, unicuique CCCLX partium in zodiaco DCC stadia, id est LXXXVII miliaria et semissem, deputans. Ex his iuxta regulam circuli et diametri crassitudinem seu diametrum terrae sic comprehendere poteris. Aufer vicesimam secundam partem de circuitu terrae, id est de CCLII stadiis tolle XICCCCLIII et semissem²⁾ et vicesimam secundam unius stadii, remanent CCXLDXLI cum semisse et XXI partibus unius stadii. Horum tertia pars LXXX CLXXXI et semissis et VII vicesime secunde unius stadii terreni orbis diametrum seu spissitudinem iuxta predictam serraie circuitionem dubietate postposita continet. Quod liquido satis cautę supputanti patet, quamvis Machrobios super somnium Scipionis³⁾ idem diametrum LXXX stadiorum tantum vel non multo plus dicat habere.

Studiosissimo sapientiae amatori Herimanno Meinzo Constantiae scolasticus.

Quoniam me tui amoris complexibus, quod necdum merui, amicabiliter nuperrime tractasti, multaque mecum de difficillimis quatuor matheseos disciplinae questionibus in presentia Augensis abbatis, qui maxime nunc temporis in quadrivio viget auctoritatis, probabiliter et, ut veritati concedam, rationabiliter disputasti, magnas tibi me, si nequeo condignas, grates habere, nolo te, dilectissime preceptor, latere. Verum inter has dubitabilis meae propositionis solutiones, quas meo rogatu fecisti,

1) 'Erahostenes' Hs.

2) 'id est — semissem' fehlt in der Hs.

3) Comment. in som. Scip. l. I c. 20: 'sine dubio octoginta milia stadiorum vel non multo amplius diametros habet' etc.